



Universitätsbibliothek Paderborn


**Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē
Istoria**

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Henrici Valesii Observationvm Ecclesiasticarum In Socratem Et
Sozomenum Liber Primus [Est de Magno Athanasio].

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233


**HENRICI VALESII
OBSERVATIONVM
ECCLESIASTICARUM
IN SOCRATEM ET SOZOMENUM
LIBER PRIMUS.**

CAPUT PRIMUM.

De anno, quo primum restitutus est Athanasius.

AESAR Baronius in Annali bus & Dionysius Petavius in Rationario temporum, Blundellus in libro de Primitu Ecclesie, & alii, scribunt Athanasium anno Christi 338. ab exilio esse revocatum, anno scilicet post mortem Constantini, qui supradictum Antistitem, cum adversiorum calumniis premi videret, ad tempus in Gallias relegaverat. Ego vero anno Domini 337. eo ipso, quo mortuus est Constantinus, Athanasium restitutum esse contendo: idque certissimo arguento, ut opinor, evincam. Scribit enim Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, pag. 805. se solutum exilio, & patriz restitutum esse a junio Constantino, qui & literas ipsi dedit ad populum & Clerum Ecclesia Alexandrina. Eas literas ibidem refert Athanasius: quarum haec est inscriptio: *Constantinus Cæsar populo Catholica Ecclesie Alexandrinae.* Subscriptio autem est hujusmodi: *datum Treveris XV. Calendas Julias.* Tam inscriptio, quam subscriptio harum literarum docet id, quod dixi, Athanasium scilicet solutum esse exilio statim post obitum Constantini Maximi, anno Christi 337. Nam si anno sequente restitutus fuisset, tum Constantinus junior non Cæarem se, sed Augustum appellasset. Nec a Constantino juniore restitutus fuisset Athanasius, sed a Constantio cui Orientis Imperium obtigerat. Quare cum Constantinus ipse in iis litteris Cæarem tantum se appelleret, & cum Athanasius se a Constantino juniore restitutum esse testetur, apparet id factum fuisse antequam Constantini senioris filii amiliibus Augulti essent nuncupati. Etenim mortuo Constantino interregnum quoddam fuit; orbisque Romanus sine Imperatore mansit per tres fere men-

A fes, donec fratres, qui Cæsarum nomine diversas Provincias regebant, ad dividendam Romanorum Imperii summannam in unum coiissent. Obiit Constantinus XI. Calendas Junias, & ipso anno nuncupati sunt tres Augulti, Constantinus, Constantius & Constans, s. Idus Septembres, ut legitur in veteribus Fastis, quos falso sub Idatii nomine publicavit Jacobus Sirmundus. Hoc ipsum est, quod Eusebius in libro 4. de vita Constantini scribit, illum post mortem imperasse, & cuncta diplomata atque edita, ejus, tanquam superstitione nomine fuisse insignita. Ob hanc igitur causam Constantinus junior in suis ad Alexandrinos literis se duntaxat Cæarem appellat, quippe qui nondum Augustus fuisse appellatus. Data enim sunt literæ 15. Calendas Julias. Augustus autem cum fratribus nuncupatus est s. Idus Septembres. Porro tunc temporis dum fratres tantum Cæsares vocarentur, summa auctoritas penes juniores Constantinum erat, quippe qui fratrum natu maximus foret.

CAPUT II.

Quo anno Julius Romana urbis Episcopus, missio in Orientem Presbyteris, Athanasium & Eusebianos Romanam ad synodum evocaverit.

Reverso Alexandriam Athanasio, quod anno Domini 337. contigisse superiori capite demonstravimus, Eusebiani moleste ferentes ejus restitucionem, novis criminationibus apud tres Augustos eum vexare cœperunt. Nam & ad Constantium & Constantem Occidentalem partium Imperatores literas scripsere, quibus præter vetera illa crimina toties decantata, eum insuper accusabant, quod post redditum suum plurimas in urbe seditiones excitasset, multosque civium in carcerem trudi, verberibus affici, & necari a judice fecisset. Eadem quoque scripserunt ad Julium Romana urbis Episcopum, missio ad eum Macario Presbytero, & Martyrio, Hesychioq; Diaconis. Quare coactus

Y 11 1

Observationes Ecclesiasticae

est Athanasius Presbyteros suos cum literis suis, A fit. Alioquin Episcopi Orientales nullam querimonię causam habuissent: eisque Julius id merito respondere potuisset: qua ratione ad vos scribere poteram, qui nondum in unum convernatis? An ego divinare potui, vos Antiochiam ad encenaria venturos, atque illuc Synodus esse facturos? Sed nihil horum refcripsit illis Julius. Id unum dicit, se ad Eusebium iolum scripsisse, propterea quod is solus litteras prior ad ipsum dedidit. Sed & Athanasius in epistola ad solitarios id ipsum non obscurè significat. Postquam enim dixit le Romanum profectum esse, simulatque audiisset Gregorium Alexandriam brevi mittendum esse cum militari manu, ut in Episcopatum ipsum invaderet, hæc subiungit: *Julius vero Presbyteros suos Elpidium & Philoxenum cum literis ad Eusebianos misit &c.* Idem tradit in Apologia secunda adversus Arianos pag. 739. *ηδη τετρα δινδόντων εἰς τὸ πόστον.* Id est, Cum igitur Romanam perrexissem, Julius, ut par erat, etiam ad Eusebianos litteras scripsit, missis etiam duobus Presbyteros suis Elpidio & Philoxeno. Verum hoc loco nascitur difficultas. Nam si Elpidius & Philoxenus à Julio missi sunt in Orientem, Athanasio jam Romanum ingresso, aut certe eò proficisciente; quomodo stare potest id, quod Julius scribit in epistola ad Orientales. Athanasium non sponte, sed litteris suis accitum Romanum venisse. Respondeo Athanasium litteris quidem Julii Papæ evocatum fuisse, sed non per Elpidium ac Philoxenum Legatos, verum per alios quosdam, qui Iulii litteras ad ipsum derulerant, priusquam Elpidius ac Philoxenus ad Eusebianos mitterentur. Idenim rationi consequaneum erat, ut accusatus, prior ad dicendam causam evocaretur. Certe Athanasius in epistola ad solitarios, has duas citationes aperte distinguit. Et primo quidem loco ait Iulium litteras ad se scripsisse, quibus mandabat Synodus oportere fieri, ubique Athanasius voluisse, ut Eusebiani tum criminis, quæ alii objiciebant, probarent si possent, tum libetipolis objeccta fiderenter refutarent. οὐτούς πομπέας ἡλίους, ἵρας τε γένεας θυσίαν αὐτοῖς ἐνδιάτερον &c. Deinde pagina sequente subdit se Romanum navigasse audito Gregorii adventu: Julius vero Presbyteros suos Elpidium atque Philoxenum cum literis ad Eusebium misisse, certumque diem constituisse, quo se in judicio sisteret, nisi pro calumniori haberet vellet. Idem Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos non procul ab initio, diserte testatur, se priorem ad Synodum Julii Papæ evocatum esse. Sed verba ipsa præstat adscribere, eo quod ab Interpretate perperam translata sunt. οὐκέτι δούλως απαξέ, εἴδε διετέθη χώρα συναγομένη ἔπειτα θυσίαν ἡλίου εἰστόν διετέρον ἢ εἰς τὴν πατη, χειροτεχνίαν αὐτοῖς εἰλιθίτερον αὐτοῖς τοῦ Εἰρηνῆ, καὶ συναγέρτερον θυσίαν αὐτοῖς τοῦ Εἰρηνῆ. Judicatum est enim secundum nos non sicut neque iterum, sed sepsum. Primum quidem in nostra Provincia, cum ad id couissent propemodum centum Episcopi.

Secundo Roma, cum Eusebius literas scripsisset, & tum ipse cum suis, tum nos in indicium vocati efferemus: congregatis illic quoque pluribus quam quinquaginta Episcopis.

CAPUT III.

Quo anno Athanasius Romanam venerit.

Aronius, qui Elpidium ac Philoxenum Presbyteros à Julio Papa in Orientem missos efficit anno Domini 340. consequenter etiam affirmit Athanasium eodem anno Romam venisse, accitum scilicet Julii literis: Baronii sententiam secuti sunt Petavius, Blondellus & ceteri. Verum eos falli, ipsius Athanasii testimonio demonstrabo. Is in epistola ad solitarios non procul ab initio, ait, Eusebianos, qui Julii literis Romanam ad Ecclesiasticum judicium fuerant evocati, cum scelerum conscientia vici, male sibi metuerent, & eventum Romani judicii reformati, sollicitasse Constantium, ut sectae sua patrocinium palam susciperet, & Homousianos ac præcipue Athanasium persequuntur. Ac primo quidem id egisse, ut Philagrius iterum Praefatus Aegypti creatus Alexandriam mittetur: Deinde ut Gregorius Episcopus pullio Athanasio in locum ejus substitutetur. Statim igitur Imperatoris mandato persecutio Alexandriae excitata est. Gregorius cum militari manu ingressus, adjuvantibus cum Philagrio & Arsacio Eunucio, Ecclesiam Quirini occupat. Inde alii cœsi, alii in carcere trahi: alii exilio, aliborum proscriptione multati: alii annona ablatæ sunt: eo scilicet consilio, ut omnes Gregorium vel inviti luscipere cogerentur. *λαβάσθησαν οἱ πολεῖς τὸν τρόπον τοῦτον καὶ μόνον αὐτὸς ἀπέτινεν εἰς τὸν πόλεμον.* Id est, Antequam haec fierent, Athanasius cum rem ianitum accepisset, Romanam navigavit. ubi exstas, supple advenitum Gregorii cum militibus. Annon ex his aperite colligitur, Athanasium non nisi post ordinationem Gregorii Romanam venisse. Qui cum in Synodo Antiocheno constitutas fuerit Episcopus, id est anno 341. necessario constituitur, Athanasium non ante hunc, quem dixi annum in urbem venisse. Accedit Socratis testimonium, qui in libro secundo diserte scribit, post Gregorii ordinationem & post cruentum ejus ingrellum in urbem Alexandrinam, Athanasium Romanam ad Julianum se contulisse.

CAPUT IV.

Quo anno Synodus Romana congregata sit in causa Athanasii.

Cum Athanasius tempus Synodi Romanæ tam distincte notaverit, idque non uno in loco; mirum profecto est viros doctissimos in ejus Synodi tempore falli potuisse. Et Baronius quidem in annum Domini 341. eam Synodum

A contulit, quem deinde secuti sunt ceteri. Nisi quod Blondellus in libro de Primatu Ecclesiæ, codem quidem anno, sed paucis ante Synodum Antiochenam mensibus celebratam esse affirmat. Ait enim literas Julii Papæ quibus Orientales evocaverat, causam Romanæ Synodo præbuisse, Romanam autem Antiochenæ occasionem dedisse. At Baronius, et si Romanam Synodum in eundem annum retulerit, quo Antiochenam, illam tamen ista posteriore facit. Cum enim ex epistola Julii ad Orientales data, constet Athanasium Romanæ mansisse annum integrum & sex menses, dum Eusebianorum adventum exspectaret. Baronius qui Athanasium anno 340. Romanam venisse scriperat, necesse habuit Romanam Synodum, in qua absolutus est Athanasius, in exitum sequentes apni conjicere. Egover longe tutius esse existimo, in ea re Athanasii fidem sequi, quam Baronii. Certe Athanasius in epistola ad solitarios diserte scribit, Romanam Synodum post dimissos ab Eusebianis Julii Legatos Elpidium atque Philoxenum, esse celebratam. Locus est pag. 816. ubi postquam retulit Elpidium ac Philoxenum Presbyteros à Julio missos fuisse, qui Eusebianos ad causam dicendam citarent, subdit Eusebianos auditio nomine Ecclesiastici judicii, adeo contremissee, ut animum prorsus desponderent. Ad solitas igitur artes eos converto, ait Presbyteros Julii ultra diem Synodo præfinitum à Julio determinisse, vanasque prætulisse excusationes, quod meru Perseci belli Romanam profici i non licet. Tandem vero, inquit, Presbyteros Julii dimiserunt. *ἀπέτινεν οἱ πολεῖς τὸν τρόπον τοῦτον καὶ μόνον εἰς τὸν πόλεμον.* Deinde cruentum Gregorii introitum in urbem Alexandrinam, & cœdes atque exilia Episcoporum recenseret. Ac rumdem Romanam Synodum commemorat pag. 818. *ἐν τῷ πολὺ σωματικῷ δύναμι τοιούτῳ οὐ τινὰ πάντοτε &c.* id est Roma vero congregati Episcopi circiter quinquaginta. Eusebianos quidem us suspectos, veritosque se in judicio sistere, reputarunt, & qua ab illis scripta fuerant infirmarunt. Nos autem suscepimus, & communionem nobiscum amplexi sunt. Annon ex hac Athanasii narratione liquido appetet, Romanam Synodum nonnisi post redditum legatorum habitam fuisse. Certe ante redditum illorum nec potius haberit legitime, nec debuit. Absurdum enim eset, si Julius, qui legatos suos in Orientem mittat, ut Eusebianos ad Synodum suam evocaret, ante regressum illorum & ante responsionem Orientalium, Synodum celebrasset. Nam & iuris & æquitatis ratio postulabat, ut legatorum redditus ex parte earetur, quo leiri posset quidnam egissent, & utrum Orientales idoneam absentia sua excusationem afferrent: ut omnibus examinatis atque discussis, in contumaces accusatores, qui vocati non parvissent, justa ex legibus sententia promeretur. Hoc igitur absurdum est in opinione Baronii & corum, qui Baronium fecuti sunt, quod Synodum Romanam, eam dico, in qua absolutus est Athan sius, factam fuisse assertunt ante redditum legatorum, qui ad citandos Eusebianos missi erant in Orientem. Est præterea

alter locus Athanasii, qui id, quod dixi, manifestius evincit. Is habetur in Apologia secunda aduersus Arianos pag. 739. *λειπει ἦν οὐειδότης επικροτεῖσθαι τούτον τὸν βίτων ὃ προλέγεται συναρχό &c.* Qui locus cum ab Interpretate male translatus fuerit, hic prout à nobis conversus est, apponetur. *Denique Episcopi plures quam quinquaginta, congregati in Basilea, in qua Vito Presbyter populum colligebat, nostram quidem defensionem a quo animo suscepimus, & communionem nobiscum ac dilectionem fovendam esse sanxerunt: aduersus autem Eusebianos indignati sunt, & Julianum rogavunt, ut hac ad illos perscriberet, cum illi priores ad ipsum scripsissent. Scriptis ergo Julius, & literas misit per Gabianum Comitem. Sequuntur deinde literæ Julii, quarum hoc est exordium. *Julius Dianto, Flaccillo, Narciso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, & qui cum illis sunt; dilectissimis fratribus, qui Antiochia ad nos scripsérunt. Legi epistolam vestram, quam Presbyteri mei Elpidius & Philoxenus mihi attulerant &c.* Denique post recitatas Julii literas hæc addit Athanasius. *Hac cum Romana Synodus per Julianum Romanum Episcopum scripsisset &c.* Ex his tria præcipue colligimus, quæ ad institutum nostrum faciunt. Primo Romanam Synodus, qua Athanasius Innocens pronuntiatus est, celebratam esse post redditum Elpidii atque Philoxeni. Secundo literas Episcoporum Antiochenæ Synodi ad Julianum Papam, quas supradicti Legati detulerant, in eadem Synodo Romana esse recitatas. Tertio Julianum Papam rogatum esse ab Episcopis Synodi Romanæ, ut Episcopis Antiochenæ Synodi referriberet, iisque decretum Synodi Romanae significaret. Postremo epistolam illam Julii, quamibidem reserat Athanasius, & cuius initium duntaxat adscriptimus, eam esse quam Julius scripsit, rogatu & nomine Synodi Romanae, quæ Athanasium absolverat. Quod si quis epistolam ipsam Julii in manus lumperit, cuncta quæ dixi, multo apertius ac luculentius in ea consumari deprehendet. Nam & literas Episcoporum Synodi Antiochenæ in Synodo Romana lecta esse diserte testatur Julius in principio ejus epistolæ: nec solum post redditum Legatorum suorum eam Synodum celebratam esse indicat, verum etiam diu post ordinationem Gregorii, & post violentum ejus ingressum in urbem Alexandriam. Certe cædes & exilia Episcoporum, proscriptiones & carceres civium, & alia scelera ac sacrilegia commemorat, à Gregorio tunc temporis perpetrata, quem Julius ne nomine quidem Episcopi unquam dignatur, ut videre est est pag. 749. atque hæc Julius Papa se accepisse dicit, tum exiliis Episcoporum, qui ex Aegypto hæc ad ipsum scriperant, tum ex Presbyteris, qui Alexandria Romanum venerant. Sed & Carponem quendam, olim ab Alexandro Alexandrina urbis Episcopo ob Arianam hæresin damnatam, unâ cum aliquot aliis ob eandem perfidiam ab illo damnatis, à Gregorio ad te missum esse scribit pag. 743. qui scilicet pacificas, seu communicatorias Gregorii literas perfec-*

A ret. Idem diu postea tentavit Georgius Arianus, cum in locum Athanasii sufficiens fuisset. Legatos enim suos misit ad Liberum Papam, ambiens communionem Ecclesiarum Romanarum, ut discimus ex epistola Liberii Papæ. Cum igitur hæc Carponæ Legatio anno Domini 342. conigerit, Synodus Romana, quæ post Legionem illam facta est, ante annum 342. celebrari non potuit.

CAPUT V.

Refellitur Baronii sententia, qui duas Synodos Romanas facit.

Cio quid Baronius respondeat. Ait enim Sepistolam illam Julii Papæ, de qua superius diximus, non ad Synodum illam Romanam pertinere, in qua absoluti sunt Athanasius & Marcellus: sed ad alteram, quæ sequente post anno facta est, cum Elpidius & Philoxenus ex Orientis partibus reversi essent, Orientalium ad Julianum literas secum deferentes. Ducas enim Synodos Romanas distinguit Baronius: Alteram quinquaginta Episcoporum, qui Athanasium & Marcellum innocentes esse pronuntiarunt anno Christi 341. Alteram anno sequente factam, in qua lecta sunt literæ Orientalium Episcoporum, quas Elpidius & Philoxenus attulerant. Atque hanc Baronii sententiam securus est, ut sollet, Severinus Binius in editione Conciliorum. Verum Baronio auctoritatem opponimus Athanasii, qui unam duntaxat agnoscit Synodum Romanam, & in ea se omnium Episcoporum sententiam innocentem judicatum esse scribit, & Julianum Papam rogatum esse ab Episcopis, ut Orientalibus, qui ad ipsum literas scriperant, responderet, quemadmodum superiori capite ostendimus. Aut igitur fallax est Athanasius, quid tamen diserte affirmat, aut Baronius, qui negat. Athanasium vero in causa sua falli potuisse aut voluisse fallere, nemo unquam crediderit. Cui enim bono id facturus fuisset. Sed videamus quænam ratio Baronium impulerit, ut duas Synodos Romanas distingueret, & epistolam Juliani Papæ ad Orientales, quæ refutatur ab Athanasio, scriptam esse dicaret non rogatu atque nomine Synodi Romanae ejus, quæ Athanasium absolverat, sed alterius Synodi, quæ sequente anno congregata est. Unicam hujus rei causam adferat Baronius, quod scilicet Julius in supradicta epistola testatur, Orientales in literis, quas ad ipsum scriperant per Elpidium ac Philoxenum Presbyteros, graviter conquestos esse, quod Julius Athanasium in communionem suscepisset. Atqui Athanasius nonnisi à Synodo Romana, in qua quinquaginta sedebant Episcopi, suscepitus est in communionem. Orientalium igitur literæ ad Julianum Papam scriptæ sunt post Synodum Romanam, in qua absolutus ab omni criminis & ad communionem admisitus fuerat Athanasius. Ex quo sequitur, epistolam illam Juliani Papæ, quam rescrivit ad Orientales Episcopos, non ex persona Synodi Romanae & quinquaginta Episco-

Episcoporum à quibus Athanasius in communionem suscepimus est, datum fuisse, sed nomine & rogatu alterius Synodi Romanae. Hæc est Baronii ratiocinatio, ut videre est in gestis anni 341, cap. 47. Sed facillimum est cuivis, eam refellere. Primo enim negare possumus, Orientales in suis ad Julium literis questos fuisse, quod ille Athanasium in communionem suscepisset. Certe in tota Iulii epistola nullum ejus querimonia apparet vestigium. Conquesti quidem fuerant Orientales in suis literis, quod Julius contra Canones ficeret, & quod flammarum discordia accendisset. Sed de communione cum Athanasio inita, nullum verbum hic legitur. Exclusus etiam se Julius Papa, quod profugos Episcopos benigne excepit, quod doluerit unum dum dolentibus fratribus, quod cum flentibus fleverit. Sed nihil amplius dicit. Verum concedamus Baronio, Orientales Episcopos in suis ad Julium literis nominatum questos fuisse, quod Athanasium in communionem suam receperit. Quid tum? an ex eo sequitur, epistolam Iulii Papæ non esse scriptam nomine Synodi Romanae, in qua Athanasius fuerat absolutus? minime omnino. Deceptus nimurum est Baronius & quicunque cum fecuti sunt, dum existimant Athanasium nonnisi in Synodo Romana suscepimus fuisse in communionem. Quod ego non modo falsum, sed ab omni ratione alienum esse existimo. Se decim integras menses Romæ permanens Athanasius, adversariorum suorum aduentum exspectans, antequam Synodus Romana causam ipsius cognoscere. An igitur creditibile est, Julius Papam toto illo tempore à communione Athanasii abstinuisse. Atqui contra est ipse Athanasius, qui in Apologetico ad Imperatorem Constantium diferte scribit, se venisse Romanum, ut se suaque omnia Ecclesia illi committeret. *Quo quidem tempore, inquit, affidatus eram in synaxibus.* Si in lynaxibus Romæ assiduus erat Athanasius, ergo cum Episcopo Romano communicabat. Deinde Julius Papa & Athanasium & ejus adversarios Romanum ad causam dicendam evocaverat. Non potuit igitur Julius ante causæ cognitionem, Athanasii communionem refugere, ne præjudicium causæ faceret. Id enim æquitas ratio non patitur. Et Julius quidem cum Athanasii adversariis, cumque Eusebio ipso communionem fovebat, quippe qui & eorum literas accipiebat, & ad ipsos vicissim scribebat. Cur ergo idem Julius inclementer fuisse erga Athanasium, præterim cum ille Iulii Papa literis evocatus statim paruisset, & ad diem dictam adfuisse, adversariis judicium Romanæ sedis detrectantibus. Atqui Presbyteros ipsius Athanasii, quos ad refellendas Eusebianorum calumnias Romanum paulo ante miserat Athanasius, Julius benigne excepit, & ad communionem suam admiserat. Id enim ipse Julius statim aperte significat in epistola ad Orientales. Quæ igitur causa esse potuit, quamobrem præsenti Athanasio idem non præstaret. Postremo Athanasius in Apologia secunda adversus Arianos, de Synodo Romana loquens, perspicue declarat Ecclesiam Romanam semper cum ipso

A communicasse. Non enim dicit quinquaginta Episcopos, qui ad Synodum Romanam convernerant, ipsum ad communionem suscepisse: sed communionem cum ipso & charitatem suis sententiis confirmasse. Jam ergo antea cum ipso communicabant. Verba Athanasii hæc sunt: *καὶ εἰ πρωτεῖς εἰς ἡμᾶς τοῦτο τὸ κοινωνίας Καθόλου αὐτῷ.* In epistola vero ad Solitarios, ejusdem Synodi Romanae sententiam refert his verbis: *ἡμᾶς δὲ πρωτεῖς εἰς τοῦτο τὸ κοινωνίας Καθόλου αὐτῷ;* id est, nos autem probaverunt & communionem nobiscum foverunt. Ruit ergo funditus tota Baronii argumentatio, qua probare nittitur duas Synodos Romanas distinguendas esse; & epistolam Iulii Papæ ad posteriorem Synodum Romanam pertinere, non ad priorem illam, in qua absolutus fuerat Athanasius. Atque hæc sufficere poterant ad revertendam Baronii sententiam. Verum ne solius Athanasii testimonio nisi videar, ipsius etiam Iulii Papæ auctoritate id evincam. Is in epistola ad Orientales pag. 745. editionis Parisiensis, diserte testatur, se totius Synodi nomine ad ipsos scribere, quamvis non omnium Episcoporum, sed solum ipsius nomina literis præfixum sit. Nam & cum priores literas ad ipsos scriberet, quibus ipsos ad Synodum evocabat, te omnium Occidentalium nomine scripsisse. *Et nunc, inquit, condicto die omnes adfuerunt, & eisdem sententia omnes fuere, quam ego iterum vobis scribens significo.* Quid his verbis potest esse manifestius. Ait Julius omnes Episcopos adfuisse ad diem constitutum, quo Synodum indixerat. Potestne de alia Synodo id intelligi, quam de Romana illa, in qua Athanasius auditus & absolutus est. Ostendant igitur adversarii alteram Synodum, quam Roma indixerit Julius; sed profecto nunquam ostendere poterunt. Præterea addit Julius se his posterioribus literis sententiam illius Synodi Orientalibus significare. Id ipsum est, quod antea dixerat Athanasius, Julius Papam rogatum esse à Synodo, ut Orientalibus scriberet. Vides quam bene inter se convenient Athanasii & Iulii testimonia: adeo ut Baronius, qui has Iulii literas ad Orientales datas esse negat post Synodum Romanam, in qua auditus est Athanasius, non foli Athanasio, sed ipsi Julio Papæ refragari videatur.

CAPUT VI.

Verum Athanasius bis Romanus venerit. Refellatur Socratis & Baronis sententia.

B Aronius in Annalibus Ecclesiasticis scribit, Athanasium post judicium Synodi Romanae, quo à criminationibus adversariorum fuerat absolutus, statim Alexandriam navigasse anno Domini 341, vel sub initium anni 342. idque Socratis auctoritate confirmat. Paulus post vero, cum Gregorius militari manu succinctus Alexandrinam Ecclesiam occupasset, iterum Romanum redisse. Baronii sententiam fécimus est

Petavius noster in rationario temporum, Emondus in libro de primatu Papæ, & alii fere omnes, quibus Socrates anam erroris videtur praebuisse, verum Athanasius ipse id manifestissime refelit. Cum enim in libris suis saepius locupletus sit de sua in urbem Romanam profectione, semel tentum ab urbe Alexandrina Romanam se venisse scribit. Primum in Apologetico ad Imperatorem Constantium, respondens calumpniis adversariorum, qui ipsum apud Imperatorem Constantium accusaverant, quod Constantem Augustum adversus fratrem suis sermonibus excitavisset, ait le profectum Alexandriam, non ad comitatum Constantini Augusti, sed Romanam iter fecisse: cumque le suaque omnia Ecclesia illi commendasset, assiduum fuisse in collectis & conventibus Ecclesiasticis. Quarto deinde post annum literis Constantini Augusti Romam evocatum esse Mediolanum. Sed Graeca verba ipsius Athanasii præstat apponere, quippe quæ sententiam nostram apertius confirmant.

Εἰναὶ ὡριανός εἴη τοι, οὐχιγένεσθαι διηγεῖται, ὅλης ἡ λογοτεχνία τῆς αποδημίας. Ιδεῖ,
Hac quidem sufficiunt pro demonstratione: sed tamen patere, queso, ut totius profectionis meæ tibi rationem reddam, quo cognoscas quām temere me calumnientur aduersarii. Subjicit deinde Athanasius. *Ἐπειδὴν ἀπὸ τῶν ἀλεξανδρινῶν εἰς τὸ σπάταιον Καζάνης σταύρον ἔθετο μετὰ πολὺν εἰς τὸ πάπιλον αὐλαῖον &c. quæ superius exposui. Cum igitur testetur Athanasius le totius profectionis ac peregrinationis suæ rationem Constantio redditurum, si Roman bis venisset ab urbe Alexandria, certe id hoc loco commemorare debuisset, ne coram principe veritatem sciens occultasse videretur. Præterea in Apologia secunda adversus Arianos, semel Romanam venisse scribit ad causam dicendam, cum Eusebiani à Julio postulasset, ut ad causam Athanasii cognoscendam Synodus Romæ congregaretur. De secunda autem profectione ne verbum quidem exstat in toto illa Apologia. Denique in Epistola ad Solitarios, idem Athanasius cuncta, quæ sibi contigerant diligenter narrans, unius tantum in urbem Romanam profectionis suæ meminit, tunc scilicet cum ad Synodum Romanam Julii Papæ literis est accitus. Post illam autem Synodum ait Episcopos, qui Concilio interfuerant, ea quæ in Synodo gesta fuerant Constanti Augusto per literas nuntiasse; cuncta item, quæ Alexandriæ perpetrata erant à Gregorio, eidem significasse. Quod si post Synodi Romanæ iudicium Athanasius Alexandriam reversus fuisset, atque illinc rursus in urbem Romanam rediisset, nunquam id hoc loco omisisset Athanasius. Hoc enim ad ejus institutum maxime faciebat, ut malitia atque ærumnas & calamitates, quas ab aduersariis suis perpetuus fuerat, omnium oculis subjeceret. Huc accedit, quod Athanasius absque consenu & literis Imperatoris Constantii Romanæ Alexandriam redire non potuit. Licuit quidem Athanasio, ut saluti sue consularet & inimicorum infidias effugeret, relictæ Alexandriæ Romanam navigare. Honesta enim est quavis ra-*

A tio expedienda salutis. Sed Romæ reverti Alexandriam ab alterius Principiis diuione, idque post biennii moram, idvero non licuit sine mandato principis. Certe post Serdicense Concilium, id est, post ecumenicam Synodum, quæ Athanasius innocens, aduersarii vero illius calumniatores & haeretici judicati sunt via tandem aulus est Athanasius Alexandriam reverti; neque id prius fecit, quam creberrimis Constantii literis ad comitatum evocatus fuisset. Sed & antea, cum post obitum Constantini Maximi ex Gallicano exilio in Ægyptum reverlus est, trium Cæsarum literis restitutus fuerat. Proinde si post Synodum Romanam Athanasius Alexandriam rediit, tunc quoque Constantii literis munitus fuerit necesse est. Cur ergo eas Constantii literas nusquam memorat Athanasius, qui reliquias ejusdem principis Epistolæ ad suam causam ac restorationem pertinentes tam ambitione tamque diligentius apponere consuevit. Fellit Baronum Socrates, qui in libro secundo Historia scribit, Athanasiū cum post violentiam ordinationem Gregorii Romanam se ad Julianum Papam contulisset, cognitâ causâ, à Julio restitutum & Alexandriam cum ejusdem Julii literis reversum esse: ac deinde paulo post amo Gregorio, & in ejus locum substituto Georgio, Romanum iterum profugisse. Verum tota illa Socratis ac Sozomeni narratio, mendis innumeris faciat. Quorum maximam partem Baronius ipse ac Blondellus jamdudum observarunt: quare Socratis testimonium in rebus Athanasi nollius ponderis est, quippe qui pugnatur inter se dixerit atque contraria. Omnis igitur Socratis auctoritate, alteram Baronii rationem excutimus: sic igitur ratiocinatur Baronius in gestis anni 341, cap. 49. Athanasiū quidem reversum esse Romæ Alexandriam hoc anno, vel sequentis anni exordio, ex eo quoque facile potest intelligi, quod constat tempore grassationis Arianorum in Alexandriam Ecclesiam anno sequenti facta, eum illic repertum fuisse, quod ipsam testatur in epistola ad Orthodoxos. Idem repetit Baronius in gestis anni 342. ubitatem fere Athanasiū ad Orthodoxos epistolam transcribit. Ex qua manifeste colligitur, Gregorius circa Paschalis festi solennia Alexandriam Ecclesiam occupasse, Athanasiū vero, meta Arianorum in Ecclesiam irruentium, clam le è medio subduxisse. Quæ cum anno 341, geri non potuerint, eo quod Antiochenæ Synodus, in qua Gregorius Alexandriæ urbis Episcopus est constitutus, & cuius gestis tanquam Alexandrinus Episcopus subscriptis, maximam partem anni illius occupaverit, sequenti anno assignentur necesse est. Hæc est Baronii ratiocinatio, cuius sententiam non Petavius solum ac Blondellus, sed omnes quoque vidi, hactenus amplexi sunt.

CAPUT VII.

De circulari Athanasi epistola ad omnes orthodoxos, utrum de Gregorio, an de Georgio scripta sit.

Ego vero contra affirmo, Baronium gravissime lapsum esse, qui epistolam illam Athanasi ad orthodoxos, de Gregorii & Georgii scriptam esse crederit, cum diserte nomen præferat Georgii Ariani, qui diu post Gregorium anno Christi 356, in Alexandrinam Ecclesiam invasit. Fateor quidem id, quod dicit Baronius, hæc duo nomina Gregorii scilicet ac Georgii, inter se confundi solere. Verum hæc confusio in Latinis tantum codicibus usuvenit, non item in Graecis. Cum igitur tota illa Athanasi epistola nomen ubique præferat Georgii, cur ex puncto illius nomine Gregorii vocabulum reponemus: præsertim cum ea, quæ ille narrantur ab Athanasio, Georgii potius invasioni conveniant quam Gregorii. Primo enim Athanasius in dicta epistola ait, Georgium, sic enim vulgo scribitur, postulatum fuisse Episcopum ab Ariani, qui erant Alexandriae; quod de Gregorio nusquam dicitur. Deinde Georgius in eadem epistola dicitur introiisse Alexandriam tempore Quadragesimæ. Idem de ejus introitu diserte testatur Athanasius in epistola ad Solitarios. At de Gregorio nusquam id ab illo dictum invenimus. Præterea Athanasius in eadem epistola scribit populi urbis Alexandrinae, cum in introitu Georgii Arianos tanta vi graffari adversus Catholicos videret, publice protestatum esse apud acta. Idem refert Athanasius in epistola ad Solitarios, cuius ad calcem apposita est ipsa Alexandrinorum protestatio. At de Gregorio nihil hujusmodi actum invenimus. Sed quorsum in his conjecturis hæremus, cum manifestissimo ac certissimo argumento convincere liceat, epistolam illam Athanasi ad Orthodoxos adversus Georgium scriptam esse; non autem adversus Gregorium. Ipsi igitur Athanasium id, quod dixi clare testantem audiamus. Porro Graeca ipsius verba necessario hic apponemus, eo quod Latinus Interpres sensum auctoris sui nomine est affectus: id quod Baronio ac ceteris fraudi fuit. Postquam ergo Athanasius dixit Georgium, utpote Ariandum, Ariani duntaxat fassile; Catholicos vero tanquam extraneos & alienos infestari solitum, hinc subjungit. ἐπειδὴ δὲ γραμμέστερος οὐ μηδὲν τοῖς αριανοῖς κατίστηναι, μηδὲ τὸ γράμμα οὐ μηδὲ τοῖς αριανοῖς ὑπεισεῖται τὸν εαὐθύνειν ἐποκοποὶ ἐπιστράτει, οὐ δέ που αὐτοῖς εἰδότες αὐτὸν αὐτοῖς θεωρήσαντες τοῦτο ἔτενα γενόργιον μὲν τοῖς αριανοῖς αἴτιον εἶλαν· ἔτα διὰ μὲν εὐρὶς διέτροφε αχείλεως ὁ φλέγωσις, χαρδόντων μηδὲ παλιν κατ' αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο τῷ ἔργῳ τοῦ μηδὲν εἰδότος &c. Quia verba sic Latine interpretor. Nam quoniam Gregorium, quem antea Eusebiani Ariani Episcopum constituerant, postquam de illo scripsisset, omnes eos Ecclesia Catholica Episcopi jure

B tamen epistola sit encyclica, sicut dixi, ad omnes per Aegyptum & Libyam Episcopos, quæ jungi omnino debet epistolæ circulari ejusdem Athanasi ad omnes orthodoxos. Est enim ejusdem utraque argumenti. Porro reliquis Baronii argumentis, quibus ille sententiam suam firmare conatus est, nihil jam attinet respondere. Postquam enim veritas semel stabilita est, cuncta quæ objici possunt argumenta facile corruntur. Primo ait Baronius, in epistola illa Athanasius ad orthodoxos, Philagrium nominari Praefectum Aegypti, qui Episcopum illum, de quo agitur in sedem Alexandrinam induxerit, atque Philagrius iste Gregorium deduxit Alexandriam, teste Athanasio in epistola ad Solitarios. Sed quid vetat, quo minus idem Philagrius, qui Gregorium prius cum militari manu introducerat Alexandriam, aliquot post annis etiam Georgium induixerit. Erat certe Philagrius præcipuus minister Ariorum. Qui cum esset Praefectus Aegypti, Valenti & Urfacio alisque Concilii Tyrensis Legatis ad Mareoticam regionem missis, operam suam navaverat anno Domini 335. Idem postea Praefectus Aegypti ab Imper. Constantio factus, Gregorium in Alexandrinam sedem induxit: quod anno Christi 341, gestum est existimo. Quidn ergo Aegypti Praefectus tertio creari potuit, suffragantibus Ariani, qui apud Imperatorem Constantium omnia pro arbitrio suo agebant, ut Georgius Arianus se & patrum a Judece Ariani fidelissimo & ad hanc gerenda aptissimo Alexandriam deduceretur, certe Athanasius in dicta epistola ad orthodoxos pagina 945, ait Philagrius istum jam olim in Ecclesiam & Virgines

contumeliosum fuisse. Quo dicitur quando A translatum est, lectorem de eo monere solet. Additum quod epistola illa Julii adeo pure & eleganter Graece scripta est; ut evidenter apparet illam non ex peregrino sermone in Graecum versam fuisse. Quæcumque enim ex Latina lingua in Graecam translatæ sunt, ea semper barbara esse & obscura, & plurimis mendis scatere deprehendimus, quemadmodum studiosi, tum apud Eusebium, tum apud Socratem & ceteros rerum Ecclesiasticarum scriptores facile observabunt. Nec mirandum est, quod Julius Papa Graeco sermone ad Orientales scripsit, cum ad Alexandrinos quoque eodem sermone epistolam scriperit, quam refert Athanasius. Sic Cornelii Papa epistola Graece scripta exiit ad Fabianum Antiochenum Episcopum. Nam Pontifices Romani, cum propter Sedis Apostolice auctoritatem necesse haberent totius orbis legationibus respondere, viros Graeci sermonis petitos semper habuerunt, qui ipsis essent ad epistolam. Verba igitur Julii Papa ad Orientales haec sunt. Κομιστη τοις τηλε εἰδόντες καρβαράς προέκειτε; ήμεις δὲ μηδεποτε δομαζόμενοι ἢ αὐτοὶ προέκειμοι, οὐδὲ δια τελεούσας Εἰς μηδεποτε εἰπομένων την οὐκ εἰπομένων Στοιχεῖα, η ἀπόστολοι εἰς αὐτοὺς δρειαν μηδεποτε εἰπομένων. Id est. *Qui sunt igitur, qui contracnones agunt?* Nosne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus? *An qui à triginta sex mansionibus, Antiochiae quendam velut Episcopum exterrum hominem salutarunt, cumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt?* Reprehendit Julius Papa ordinationem Gregorii, eumque contra canones Ecclesiasticos Alexandriae Episcopum factum esse assertit, quippe qui non in urbe Alexandrina ordinatus fuisse, suffragante Clero & Populo: sed in urbe Antiochia, que triginta sex mansionibus, id est triginta lex dierum itinere distat ab urbe Alexandria. Idem quoque vitium in ordinatione Georgii observat Athanasius in epistola ad solitarios pag. 860, qui à quinquagesima mansione missus est Alexandriam, ut Episcopatum illius loci gereret. Sed & in oratione prima adversus Arianos id ipsum objicit Arianois Episcopis, Cercopio scilicet, Auxentio & Epicteto, quod licet octoginta mansionibus distiti, Episcopatum tamen ambierint earum urbium, quibus ignoti erant. ἀπὸ δοκούσα μεροῦ τυχαίοντος, η μη γινεσθεποτε ταῦτα &c. Igitur prava interpretatione Baronii in errorem induxit. Neque enim Julius dicit Gregorium à triginta sex tantum Episcopis in urbe Antiochia Episcopum fuisse laudatum: sed cum Antiochiae designatus fuisse Episcopus Alexandrinus, à triginta lex mansionibus missum eum fuisse Alexandriam. Tocum sunt mansiones ab Antiochia Alexandram usque, ut ex itinerario Antonini colligatur. Eodem modo loquitur Ammianus Marcellinus in libro 16, ubi vanitatem Constantii Augusti perstringens, qui res à Juliano Cesare fortiter in Gallia gestas sibi adscribat, ait eum in epistola quadam scripisse, le Argentoratensi prælio interfuisse & in prima acie pugnasse, cum tamen illius prælii tempore mansione quinquagesima dispara-

CAPUT VIII.

De Antiochena Synodo, & de Episcopis, qui ad eam convenerunt.

HAec tenus de rebus, quæ ad Athanasium pertinet, quantâ fieri potuit curâ ac diligentia egimus, noratis & confutatis cunctis erroribus, qui in Ecclesiastico Annalibus occurrabant. Sed quoniam de Athanasio rebus scribentes, de Antiochena Synodo tæpe locuti sumus, que in encanis magna Ecclesia illic celebrata est, Marcellino & Probino Consulibus, anno natalis Domini 341, pauca de illa observare libet in graniam Studiorum Ecclesiasticæ Historiæ. Concedunt in illa Synodo nonaginta & amplius Episcopi, ut ex Athanasio & Hilario constat. Eos maxima ex parte Catholicos & Orthodoxos fuisse Baronius obseruat: sed triginta sex Arianos fuisse, à quibus Gregorium in locum Athanasii substitutum, & varias illas fidei formulas conscriptas esse affimat, non autem à reliquo Orthodoxis. Baronii sententiam fecutus est etiam Blondellus in libro de primatu Papæ. Sed videamus, si placet, quoniam auctore id assertat Baronius. Unum hujus rei auctorem laudat Julianum Papam, qui in epistola ad Orientales Episcopos, eos scilicet qui in hac Antiochena Synodo convenerant, ita scribit: *Qui igitur sunt, qui contra canones agunt? nosne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus, an qui solum ad triginta sex suffragia corrum, qui Antiochiae fuere, exterrum hominem Episcopum salutarunt, cumq[ue] militari manu Alexandriam deduxerunt?* Grave in primis & validum esset hoc Julianum Papam testimonium, si quidem conterat Julianum Papam ita dixisse. Exstat haec Juliani epistola apud Athanasium in Apologia secunda adversus Arianos, Graeco sermone scripta, utpote ad Graecos, qui non alia lingua quam Graeca utebantur. Nec est quod quis existimet eam epistolam primam Latinæ à Jolio scriptam, deinde in Graecum sermonem conversam esse. Cum enim id non dixerit Athanasius, sive auctore id credere non possumus. Quippe Athanasius ubi aliquod monumentum citat, quod ex Latino sermone in Graecum

tus esset ab iis locis. Sic enim loquitur Ammianus, pro eo, quod alii dicent, quinquaginta diebus itinere. Nec aliter loqui solet Cosmas in libris Topographiae Christianae, quorum excerpta mihi humanissime communicavit Emericus Biogotius, vir doctissimus ac de me optime meritus. Deleatur ergo hic error ex Annalibus Ecclesiasticis, ut ex animis eorum, qui Baronii auctoritate induicti, id pro certo atque indubitate haec tenentur, lex & trinitas Arianae factionis & communio Episcopos in Antiochenam Synodo confessisse. Scio multos veteribus in ea fuisse sententia, ut crederent Antiochenam Synodus hanc, de qua nunc agimus, ab Arianis fuisse collectam. Ita praeceps ceteros Palladius in Dialogo de vita Joannis Chrysostomi, ubi scribit Elpidium Episcopum juris Canonici peritissimum, coram Imperatore Arcadio palam affirmasse, canones Antiocheni Concilii ab Arianis fuisse compositos. Nam adversarii Joannis Chrysostomi nitabantur pricipue quodam canone illius Concilii. Quodcum videret Elpidius, Severiano qui infensissimus erat hostis Chrysostomi, hanc conditionem detulit, ut subscriberet ejusdem fidei esse cum Episcopis Antiocheni Concilii, qui canonem illum condiderant. Quod quidem Severianus tunc facere detestavit. Verum hoc intelligendum est, non quasi Episcopi illi, qui huic Synodo interfuerunt, palam & aperte Arianam opinionem professi fuerint. Fuerunt enim professione Catholici, ut constat tum ex testimonio Hilarii in libro de Synodis, tum ex epistola Julii Papae ad ipsos scripta. Certe nunquam Ecclesia Catholica eorum fidem & canones suscepisset, si ab Arianis fuissent promulgati. Quomodo igitur intelligendus est Palladii locus? Nimurum Episcopos illos, etiam palam Catholici essent, occulite tamen Arianis fuisse. Atque ita Athanasium, Hieronymum, Theodoritum & alios interpretari debemus, qui Eusebium Nicomedensem & Eusebianos passim pro Arianis nominant. Constat enim Eusebium Nicomedensem, licet semper Arianorum partes foverit, nihilominus pacem cum Julio Romanus urbis Episcopo & communione cum Ecclesia Catholica ad obitum usque retinuisse. Nam & ad Julianum Papam pau-

A lo ante mortem literas pacificas misit, & ab eodem vicissim accepit, ut testatur Julius in epistola ad Orientales. Julius certe in supradicta illa epistola, quæ data est ad Episcopos omnes, qui Antiochenam Synodo interfuerant, tum Eusebium ipsum, tum reliquos, appellat fratres dilectissimos. Sic enim conceptus est titulus epistole apud Athanasium. Ιωάννης Ἐπίσκοπος Φλαυρίων, ιωάννης, μάρτιος, μετεπολεύθερος πατέρων καὶ τοῖς του τοῖς τοῦ ἀπό τοῦ τοξεύεται λαοῦ μηδὲ γεννήσει αὐτὸν εἶναι τοῦ χαράρη. Sed & in corpore ipsius epistole, eodem non semel dicitur nos nominat. Non igitur pro hereticis eos habuit Julius, quos charissimos fratres appellat, & quos salvere optat in Domino. Porro hæc epistola à Julio scripta est anno Christi 342. quo anno Eusebium Nicomedensem mortuum esse constat, Paulo antequam hæc Julii literæ in Orientem perlatae essent. Ex quo apparet, verissimum esse id quod antea dixi. Eusebium Nicomedensem in communione Ecclesiarum Romanarum ad obitum usque perseverasse. Ceterum miror, quam ob causam Julius in titulo epistole supra memorata Eusebium Diony whole postposuerit & Flacillo. Nisi forte Dionysius Caesaris Cappadocia Episcopus, antiquior fuerit Eusebio Nicomedense, qui recens adriodum Constantinopolitanæ Ecclesiarum sacerdotium regebat. Ob eandem causam Flaccillus Antiochenus Episcopus eidem Eusebium præponitur, non ratione habita Nicomedensis aut Berytensis Episcopatus, quem prius gesserat idem Eusebius, sed ratione Episcopatus Constantinopolitanus, quem paulo ante Eusebium occuparat. Postremo illud observandum est, legatos Julii Papae Elpidium atque Philoxenum, licet Antiochiae fuerint cum Synodus haberetur, & Episcopis, qui illuc aderant literas Julii Papae reddiderint, ab iisque fraudulenter detegti fuerint usque ad mensem Januarium, tandemque cum vanis excusationibus ab iisdem dimisi, literas Episcoporum ad Julianum detulerint, Synodo tamen Antiochenam nequaquam adfuisse, quippe qui hoc in mandatis non haberent, sed tantum jussi essent literas Romani Pontificis Eusebium & aliis quibusdam Episcopis dare, quibus Julius ad Synodum Romanam eos invitabat.